

GALLIA OMNIS

Gentēs (m pl)

Aeduī -ōrum
 Allobrogēs -um
 Ambarri -ōrum
 Aquitānī -ōrum
 Arvernī -ōrum
 Belgae -arum
 Caturigēs -um
 Celtae -arum
 Ceutronēs -um
 Eburonēs -um
 Grāioceli -ōrum
 Helvētīī -ōrum
 Lingonēs -um
 Morinī -ōrum
 Menapiī -ōrum
 Santonī -ōrum
 Segūsiāvī -ōrum
 Sēquanī -ōrum
 Trēverī -ōrum
 Veneti -ōrum
 Vocontīī -ōrum

Flūmina

Arar -is m
 Garumna -ae m
 Mātrona -ae m
 Mosa -ae m
 Rhēnus -ī m
 Rhodanus -ī m
 Sēquana -ae m

Oppida

Bibracte *indēcl n*
 Genāva -ae f
 Narbō -ōnis m
 Ocelum -ī n
 Tolōsa -ae f



cōsul -is m (cōs.): bīnī cōsulēs quotannis rei pūblicae Rōmānae praeerant
 a.C. = ante Christum (nātum)
 a.u.c. = ab urbe *conditā*
 condere -didisse -ditum: Rōma condita est annō 753 a.C.
 Pisō -ōnis m

Cn. = Gnaeus (praenōmen)
 II = iterum (prius: annō 70 a.C.)

Ap. = Appius (praenōmen)

CONSVLES ROMANI

annō a. C.		annō a. u. c.
61	M. Valerius Messalla M. Pūpius Pisō	DCXCIII
59	C. Iūlius Caesar M. Calpurnius Bibulus	DCXCV
58	L. Calpurnius Pisō A. Gabīnius	DCXCVI
55	Cn. Pompēius Magnus II M. Licinius Crassus II	DCXCIX
54	L. Domitius Ap. Claudius	DCC

DE BELLO GALLICO

LIBER PRIMVS

[*Dē Galliae gentibus*]

- 1 Gallia est omnis dīvisā in partēs trēs, quārum ūnam incolunt Belgae, aliam Aquitānī, tertiam quī ipsōrum linguā
2 Celtae, nostrā Gallī appellantur. Hī omnēs linguā, institūtis, lēgibus inter sē differunt.

Gallōs ab Aquitānīs Garumna flūmen, ā Belgīs Mātrona et Sēquana dīvidit.

- 3 Hōrum omnium fortissimī sunt Belgae, proptereā quod ā cultū atque hūmānitāte Prōvinciae longissimē absunt, minimēque ad eōs mercātōrēs saepe commeant atque ea quae ad effēminandōs animōs pertinent important, proximique sunt Germānīs, quī trāns Rhēnum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt.
4 Quā dē causā Helvētiī quoque reliquōs Gallōs virtūte praecēdunt, quod ferē cotidiānis proeliis cum Germānīs contendunt, cum aut suīs finibus eōs prohibent aut ipsī in eōrum finibus bellum gerunt. ...

[*Helvētiī ē finibus exīre cōstituunt spē redeundī sublātā*]

- 2 Apud Helvētiōs longē nōbilissimus fuit et dītissimus Orgetorīx. Is, M. Messallā et M. Pūpiō Pīsōne cōsulibus, rēgnī cupiditāte inductus coniūrātiōnem nōbilitātis fēcit, et civitātī persuāsit ut dē finibus suīs cum omnibus
2 cōpiīs exīrent: 'perfacile esse, cum virtūte omnibus praestārent, tōtīus Galliae imperiō potīrī!'

Gallia omnis: nōn modo Gallia
Narbōnēnsis, prōvincia
Rōmāna
aliā : alterā

nostrā *linguā* : Latīnē
institutum -ī *n* = mōs
dif-ferre (inter sē) ↔ parēs
(similēs) esse
Garumna, Mātrona, Sēquana
-ae *m*: flūmina Galliae

proptereā quod = quod
cultus -ūs *m* (< colere) = modus vivendī
hūmānitās -ātis *f* < hūmānus
minimē saepe = rārissimē
com-meāre = ire/venire, versārī
ef-fēmināre < fēmina
per-tinēre ad = ferre ad
im-portāre = invehere
trāns (↔ cis) = ultrā

quibus-cum = cum quibus
continenter *adv* = sine morā
prae-cēdere (↔ sequī) = praestāre + *dat* = melior esse quam;
virtūte *p*. = fortior esse
cotidiānus -a -um < cotidiē
contendere = certāre
ā suis finibus
finēs -ium *m pl* = terra (intrā finēs)

(red-)īre, ger (-)eundum -ī -ō
tollere sus-tulisse sub-lātum
= auferre, dēmere
dītissimus = dīvitissimus
Orgetorīx -īgis *m*
: annō 61 a. C.
rēgnū -ī *n* = rēgis imperium
in-/ad-ductus + *abl* = permōtus
con-iūrātiō -ōnis *f* = quī malī
cōsiliī causā coniunguntur
nōbilitās -ātis *f* = cūctī nōbilēs
civitās -ātis *f* = cūctī civēs
per-facilis -e = valdē facilis
potīrī + *abl* = in potestātem
suam redigere, possidere

hōc facilius = tantō facilius
undique = ex omnibus partibus
continentur : intrā angustōs
finēs tenentur
Helvētius -a -um; ager H. = fi-
nēs/terra Helvētiōrum
Germānī, Sēquanī, Helvētīi...:
finēs/terra Germānōrum, Sē-
quanōrum, Helvētiōrum...
tertiā *ex parte*

vagārī (< vagus) = errāre
finitimus -a -um = quī ad finēs
incolit; *m pl* populī finitimī
quā *ex parte* = quā dē causā
bellāre = bellum gerere

-itūdō -inis *f*: fortitūdō, longi-
tūdō, lātītūdō, altitūdō < fortis,
longus, lātus, altus
in longitūdinem/lātītūdinem
patēre = longus/lātus esse

auctōritās -ātis *f* = potestās, iūs
imperandī
com-parāre = parāre (multa)
iūmentum -ī *n* = bēstia vehēns
carrus -ī *m* = currus Gallicus
quam + *sup*: q. māximus = tantus
quantus māximē fieri potest
co-emere = emere (multa)
sēmentis -is *f*: -ēs facere = serere
sup-petere ↔ deesse
cōn-firmāre = certum statuere

bi-ennium -ī *n* = duo annī
dūcere + *acc+inf* = putāre
profectiō -ōnis *f* < proficisci

ubi (+ *perf*) = cum (primum)

(numerō); ad XII = ferē XII
vīcus -ī *m* = oppidum exiguum
in-cendere -cendisse -cēsum
= accendere, igne perdere
praeter-quam (: praeter id) quod
comb-ūrere = ūrere (multum)
reditiō -ōnis *f* < red-īre
(periculum) sub-īre = adīre
molere -uisse -itum; ē molitō
frūmentō (*farinā*) fit pānis
cibāria -ōrum *n pl* = cibus
ef-ferre < ex + ferre

Id hōc facilius eīs persuāsit quod undique locī nātūrā 3
Helvētīi continentur: ūnā ex parte flūmine Rhēnō lātis-
simō atque altissimō, quī agrum Helvētium ā Germānīs
dīvidit; alterā ex parte monte Iūrā altissimō, quī est inter
Sēquanōs et Helvētiōs; tertiā lacū Lemannō et flūmine
Rhodanō, quī prōvinciam nostram ab Helvētiīs dīvidit.

Hīs rēbus fiēbat ut et minus lātē vagārentur et minus 4
facile finitimīs bellum īferre possent – quā ex parte
hominēs bellandī cupidī magnō dolōre afficiēbantur!

Prō multitūdine autem hominum et prō glōriā bellī 5
atque fortitūdinis angustōs sē finēs habēre arbitrābantur,
quī in longitūdinem mīlia passuum CCXL, in lātītūdinem
CLXXX patēbant.

Hīs rēbus adductī et auctōritāte Orgetorigis permōtī 3
cōstituērunt ea quae ad proficiscendum pertinērent com-
parāre: iūmentōrum et carrōrum quam māximum nume-
rum coemere, sēmentēs quam māximās facere, ut in
itinere cōpia frūmentī suppeteret, cum proximīs cīvi-
tātibus pācem et amīcitiā cōfirmāre. Ad eās rēs 2
cōficiendās biennium sibi satis esse dūxērunt: in tertium
annum profectiōnem lēge cōfirmant.

Ubi iam sē ad eam rem parātōs esse arbitrātī sunt, oppida 5
sua omnia, numerō ad duodecim, vīcōs ad quadringentōs, 2
reliqua prīvāta aedificia incendunt; frūmentum omne, 3
praeterquam quod sēcum portātūrī erant, combūrent, ut
domum reditiōnis spē sublātā parātiōrēs ad omnia perī-
cula subeunda essent; trium mēnsium molita cibāria sibi
quemque domō efferre iubent.



Allobrogēs -um *m pl*
 Aedui -ōrum *m pl*
 Ambarri -ōrum *m pl*
 Arar -is *m*, flūmen
 Bōii -ōrum *m pl*
 Genāva -ae *f*, oppidum
 Helvētīi -ōrum *m pl*
 Iūra -ae *m*, mōns
 lacus Lemannus
 Latovicī -ōrum *m pl*
 Lēpontīi -ōrum *m pl*
 Lingonēs -um *m pl*
 Nantuātēs -ium *m pl*
 Rauricī -ōrum *m pl*
 Sēquanī -ōrum *m pl*
 Segūsiāvī -ōrum *m pl*
 Tigurīnī -ōrum *m pl*
 Tulingī -ōrum *m pl*

- 4 Persuādent Rauricīs et Tulingīs et Latovicīs, finitimīs suīs, utī eōdem ūsī cōnsiliō, oppidīs suīs vicīsque ex-ustīs, ūnā cum eis proficīcantur; Bōiōsque, quī trāns Rhēnum incoluerant et in agrum Nōricum trāsierant Nōrēiamque oppugnārant, receptōs ad sē sociōs sibi aciscunt.
- 6 Erant omnīnō itinera duo quibus itineribus domō exīre possent: ūnum per Sēquanōs, angustum et difficile, inter montem Iūram et flūmen Rhodanum, vix quā singulī carrī dūcerentur, mōns autem altissimus impendēbat, ut facile
- 2 perpaucī prohibēre possent; alterum per prōvinciam nos- tram, multō facilius atque expeditius, proptereā quod inter finēs Helvētiōrum et Allobrogum, quī nūper pācātī erant, Rhodanus fluit, isque nōnnūllīs locīs vadō trānsitur.
- 3 Extrēmum oppidum Allobrogum est proximumque Hel- vētiōrum finibus Genāva; ex eō oppidō pōns ad Helvētiōs pertinet. Allobrogibus sēsē vel persuāsūrōs, quod nōn- dum bonō animō in populum Rōmānum vidērentur, existimābant vel vī coāctūrōs ut per suōs finēs eōs ire paterentur.

utī = ut
 ex-ūrere = ūrere, incendere
 cum eis (= iis) : sēcum
 ager Nōricus: Nōricum -i *n*, re-
 giō Alpium; Nōrēia, oppidum
 -ārant = -āverant
 socius -i *m*: sociī sunt quī com-
 mūnī negōtiō iunguntur
 a-sciscere -īvisse -itum = (sibi)
 adiungere, accipere (socium)
 omnīnō *adv* = omnibus nume-
 rātīs, tantum
 Sēquanī : finēs Sēquanōrum

quā = quā viā, ubi; quā vix...

dūcerentur : dūcī poterant
 impendēre = suprā stāre
 per-paucī = paucissimi

expeditus -a -um = facilis

nūper : annō 61 a.C.

pācāre = ad pācem cōgere

vadum -i *n* = aqua parum alta
 extrēmus -a -um *sup* < extrā



pōns
 pontis *m*

Helvētīi existimābant sēsē vel
 Allobrogibus persuāsūrōs... vel
 eōs vī coāctūrōs esse ut per
 suōs finēs sē ire paterentur
 bonō animō in populum R. um
 (: populō R.ō amīcī) esse
 patī + acc + inf = sinere
 (↔ vetāre)